UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacra Veterum Temporum Uti Et Evangelica, Ac Apostolica Historia

Steinhart, Franz

Ingolstadii, 1734

VD18 90104692

Cap. I. Ostenditur à condito Orbe ad Diuivium fluxisse annos 1656.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62332

Visual Library

conſtarent. Et ità cenſuit S. Auguſtinus L. 15. de Civit. c. 14. aliúsque apud Ricciolium L. 1. c. 10. Chron. His autem de anni quantitate & computi ratione ſuppoſitis per ſex nuper dictos gradus mundi conditi ætatem, ſeu annos uſque ad communem Chriſtiadum æram, quam etiam *vulgarem* Chronologi nuncupare ſolent, & ego in iſta diſſertatione eam binis his litteris exprimam Æ. V. ubi ætatem orbis geniti geminis hiſce Æ. M. deducere licet ex S. Scriptura vulgata, ùt ſequitur. Annos autem ante æram vulg. Chriſti addere volui in hac mundi Chronotaxi, quia æræ Chriſtianæ nos Chriſticolæ à teneris aſſuevimus, éſtque inter omnes Epochas nobis notiſſima. Quò id efficere valerem, ſupponendum erat annis quater mille vulgarem æram Domini ab Epocha orbis conditi recedere, quam hypotheſin ſubſiſtere ipſa mea Series Chronologica liquidò oſtendit, ut conſtabit ad calcem ſectionis hujus.

CAPUT I.

Oſtenditur primam mundi ætatem ab Adamo creato uſque ad cataclyſmum eſſe annorum 1656.

ANno primo Æræ Mundi ineunte ſeu,

			Æ. M.	ante Æ. V.
Sexto ab origine rerum conditarum die creatur	Adam	Gen. v. 1	1	4000
Adam annorum 130	genuit Seth	3	131	3870
Seth annorum 105	genuit Enos	6	236	3765
Enos annor. 90	genuit Caïnam	9	326	3675
Caïnam annor. 70	genuit Malalaël	12	396	3605
Malalaël annor. 65	genuit Jarem	15	461	3540
Jarem annor. 162	genuit Henoch	18	623	3378
Henoch annor. 65	genuit Mathuſalem	21	688	3313
Mathuſal. añor. 187	genuit Lamech	25	875	3126
Lamech annor. 182	genuit Noe	29	1057	2944
Noe añor. erat 600	cùm Diluvii aquæ ingruerunt,	VII. 6	1657	2344

Summa annor. 1656 q. e. o.